www.e-rara.ch

# Asylum languentium seu carduus sanctus, vulgo benedictus, medicina patrumfamilias polychresta, verusque pauperum thesaurus ...

Petri von Hartenfels, Georg Christoph

Ienae, MDCLXIX [1669]

ETH-Bibliothek Zürich

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-28317

## Caput X. Usum carduibenedicti in febribus malignis, pestilentibus, & intermittentibus scrutatur.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# CAPUT X.

## *Uſum Carduibenedicti in febribus malignis, peſtilentibus, & intermittentibus ſcrutatur.*

INter univerſales morbos, qui totam ὁλομελίην ſeu univerſitatem deſtruentes vel ſilentiô ſubeunt, vel apertô graſſantur Marte, prima ſibi reſervat ſubſellia Febris, quæ non ſolum vitæ fontem & Officinam cor impetit, ſed cum ſpiritibus & humoribus etiam ſolidas partes, immò totum accendit microcoſmum, nulli ætati, nulli ſexui nec anni tempori parcens.

Hâc invadente Cor excandeſcit, & torretur, exhauſtô & exſiccatô humidô primigeniô: etenim major fit jactura noſtri à febrili calore ſeptem diebus: quam à calido naturali ſeptuaginta annis: ſeptem diebus moritur adoleſcens tabificâ febris vi conſumptus, qui ſeptuagenarius erat futurus duce nativô calore, inquit Ludovicus Duretus, commentariô in Coacas Hippocr.

Adoritur hæc calorem, quem ὁ θειότατος *6.epid.comm.5.t.5.* ob immediatum cum animâ nexum ψυχῆς dignatur titulô: quemque Philoſophus *libr. de juv. & ſen.* ψυχὴν

οἷον

οἷον ἐμπεπυρεƽμένην animam quaſi ignitam vocat, cujus beneficiô homo vivit, & quasvis functiones obit. Hôc ſalvô proſperè nobiſcum agitur: ſin autem peſſundatus langueſcat, aut fomes ipſi ſubtrahatur, mors in inſidiis, immò præ foribus eſt ipſis. Hic ut ſartus tectus à febribus illum depopulantibus conſervetur, Medicum omni ope niti decet: cui ſcopo præ aliis vegetabilibus, quibus Medicus inſtructus eſſe debet, accommodatus eſt Carduusbenedictus, qui antipyreticam ſuam virtutem potenter exſerit in omnis generis febribus, malignis etiam, ut & ipsâ peſte: ubi pulveris Carduib. ʒj. in propriâ aquâ propinata prophylacticum eſt egregium, quod ſudorem copiosè movet. Lonicerus *loc. cit.*

Si cum aquâ propriâ bibatur, tribus aut quatuor horis ante febrium acceſſiones, & æger deinde ſudet, illas perſanat. Alex. Pedem. *lib.1.p.78.*

Aquam Carduibenedicti cum ſirupô Carduib. in contagiô peſtilenti ſæpè haurire jubet D. M. Martin. *tr. de peſt.*

Decoctum cum aquâ aut vinô paratum iis etiam in curationis actu inſervit, quibus res domi eſt anguſtior: ut & ſirupus, ſuccus, aqua deſtillata, ſemen &c. quæ omnia peſtis tempore in cibo etiam & potu ſumi poſſunt, ut vult Tabernæmont. *loc. citat.* Cui amaritu-

ritudo nimia diſplicet, ex extractô pipulas formet, aut decoctum ſirupô Carduibened. ſuavius reddat.

Quod igitur ad peſtem, ejusque ortum, attinet, quandò ea in regione aut terræ tractu primò exoritur, ejus duplex aſſignatur cauſa, *ſcil. primaria ſeu metaphyſica, & ſecundaria ſive naturalis*, huic ſubordinata: hunc morbum, ubicunque graſſaretur, pro caſtigandis hominum ſceleribus, primitus à Deo immiſſum, ipſi agnoverunt ethnici, ideoque pro exſtirpatione ejus, precibus & piamentis æquè, ac medicamentis inſiſtebatur: quod verò ad cauſam naturalem ſpectat, variæ feruntur ſententiæ: Nonnulli enim volunt, peſtem tantum à cœlo & ſiderum influentiis derivari: contrà alii ſolummodo ab internâ humorum corporis noſtri putredine ſuſcitari ſtatuunt: hujus affectus cauſam iſti nimis procul, hi verò debitô propius deducere nituntur. Nos cum Thoma Williſio *de febr. c. 12.* mediâ incedamus viâ, &, quod ratio ſuadet, & quod authores quamplurimi aſſerunt, primum & præcipuum hujus veneni ſeminarium in aëre collocamus, quippe rationi conſonum videtur, ut ab eôdem fonte, quo vitæ communis pabulum, etiam necis haut minus diffuſæ initia petantur: eadem nobis reſpirandi in aëre ac piſcibus in aqua degendi, incumbit neceſſitas: quare

quare ſicut piſcium catervatim morientium lues aquis venenô infectis aſcribitur; ita homines ſine causâ manifeſtâ è clade epidemicâ occumbentes, nil præter aëris communiter inſpirati labem & occultum μίασμα interimere poterit.

Cumque peſtis ab ingenti aëris & humorum putredine oriunda ex opinione Athanaſii Kircheri & plurimorum recentiorum animata eſſe credatur: ita ut hæc nihil aliud eſſe perhibeatur, quam innumerabilium vermiculorum atque atomorum ad inſtar ſenſibilium effluxus, cujus mediô tanquam per fomitem luis conceptæ ſeminaria per aërem non in diſſitiſſimas ſolum oras, ſed etiam in prælongos temporum tractus, veſtimentorum, linteaminum, iisque conſimilium fibris altius impacta, [ob ſummè glutinoſam viſciditatem, quâ facilimè rebus ejusmodi adhærent,] genituram ſuam propagant: Carduusbenedictus autem, ut capite præcedente demonſtratum eſt, inter alias quas obtinet virtutes alexipharmacas, ſimul etiam elminthagogus ſit, & ejusmodi inſectis ſpecificè adverſetur, quid obſtat, quin Carduusb. & hic valeat, atque adeò una ex præcipuis antiloimicis herbis exiſtat?

Et quamvis apud omnes in confeſſo ſit, vix ullum dari certum antidotum, quod perniciosæ & internecinæ peſti peculiari dote

ſe

& ἀντιπαθεία ſit oppoſitum, quod fatetur ipſe Pœtus Hippocrati æqualis, dum in ſuis ad Perſarum Regem datis literis *in epiſt. Hippocr. l. 3. de præſ. expulſ.* audacter affirmat, τὰ φυσικὰ βοηθήματα ου λύειν τὴν ἐπιδημίαν λοιμικοῦ πάθους: quod etiam Galenus affirmat, dum *lib. 7. M.M.* conqueritur, & tantum non deplorat, vix ullũ excogitari poſſe medicamentum, quod putredini cor occupanti directè opponi queat: attamen Medicum fretum ope illius, qui percutit & ſanat, oportet hanc ob cauſam non protinus abjicere animum, ſed omnia ſcrutari trium Regnorum medicamenta, donec per DEI gratiam voti ſui compos fiat.

Quicunque igitur à peſte præſervari cupit, ante omnia ſupremo DEO, cui ſubſtrata ſunt omnia, ſeſe committat, & ita vivat, quemadmodum mori velit: Sic mortem non timebit: timor enim, qui multorum morborum cauſa eſt, in eô non operabitur, nec corpus ejus diſponet, ut peſtem facilè ſuſcipiat: ſed in bona confidentiâ vivat, à quâ omnes vires ita roborantur, & ſpiritus excitantur, ut quibusvis cauſis externis facilius reſiſtant. Secundò diligenter omnia obſervet, quæ habentur in 6. rebus non naturalibus: & poſtmodum corpus ab omni humorum corruptelâ immune reddat: tandem ſuô tempore medicamentis utatur, quæ

L occul-

occultâ vel manifeſtâ proprietate venenoſitati peſtis repugnent. Talia autem alexipharmaca parum vel nihil juvaminis afferent iis, qui malô diætæ regimine utuntur, pravisque abundant humoribus : nam vel eorum vis ab iis ſuffocatur & extinguitur, vel propter obſtructiones antidotus integris viribus eô pervenire non poteſt , ubi operari debet.

In vegetabilium, appropriatâ contra peſtem virtute pollentium claſſe, potiſſimum ſeptem à melioris notæ Medicis probantur, ſcilicet: *Hypericon*, *Vincetoxicum*, *helenium*, *dictamnus*, *ariſtolochia*, *laureola*, & *raphanus ſilveſtris* : quæ omnes herbæ ex inſitâ quâdam & ſpecificâ qualitate potentisſimè venenum arcent & repellunt. Athanaſ. Kircher. *Jcrutin. peſtis ſect. 3. cap. 5.*

Nos ex hoc impari ſeptenario numero octonarium perfectiorem dabimus, additô Carduô ſanctô, qui ſi præcedentes herbas facultate ſuâ antideleteriâ non anteit, tamen ad eas quam proximè accedit, mirumque eſt vel ſexcentorum Authorum ſuffragiô, quorum præcipuos heic adducemus, contra venena, immò ipſam peſtem antidotum: quapropter non incommode Tragus *loc. citat.* ſcribit: Cardobenedickt iſt ein Ausbund wider die Peſtilentz : quod confirmat Chriſt. Wirſung im Artzneyb.

*part.*

*part.6. cap.15.* ubi Carduumb. inter præſervantia à peſte primò ponit ſubſelliô.

Arnoldus de villâ nova *lib. de ſimpl.* inter medicamenta, quæ peſtifero veneno ſuccurrunt, idque ex corpore eliminant, eique in qualitate contraria ſunt, & membra principalia confortant, primô locô Carduumbenedictum locat.

Fernelius in peſte febribusque malignis præ cæteris multum laudis & virtutis attribuit Carduobenedicto.

J. Palmar. *de febr. peſtil. c. 18.* ita de Carduobenedictô ſcribit: Longô uſu comperi eum, qui conſtitutione peſtilenti aliquot folia Carduib. cruda mane comederit, vel ſola, vel cum ſale, modicô acetô, & oleô acetarii ſpecie, vel in jure cocta, vel ſucci foliorum viridium ℥j. cum pari vini albi menſurâ hauſerit, tutum eô die fore ab aëris maleficiô. Idem præſtat foliorum pulvis pondere ʒj. ſumptus. Quin etiam Ruſtici, qui jam peſtis contagia ſenſerint, ſi eô variis modis apparatô abunde utantur, & primis diebus ſudorem cieant, tam atrocis morbi periculum declinabunt. Semen in pulverem redactum, vel ſolum, vel cum foliis ſiccis ſumitur pondere ʒj. idque vel cum vinô albô dilutô, vel cum aquâ ex eôdem Carduô elicita: ſudorem movet, ſi ſe in lectô æger aliquandiu contineat, velut & ſal ex totâ plan-

tâ confectus, qui etiam adverſus peſtilentes morbos efficaciſſimus habetur. Aquâ ex eô ſtillatitiâ vinum diluere in omni febre malignâ remedium haut contemnendum eſt, modo è Carduob. jam maturô prolecta ſit vitreô vaſe. Semen omnibus antidotis & alexipharmacis utiliter commiſcetur. Hæc Palmarius.

D. Sennertus de Rep. Med. meritiſſimus inter ἀλεξιφάρμακα morbis malignis, venenatis & occultis oppoſita, Carduum ſanctum ponit *lib.pr.6.part.1.c.9.* & huic adſtipulatur univerſus Medicorum chorus, quorum plurimos citat Untzerus *antidotar.peſtil.p. 1847.* Heinricus Dobbin *de peſte:* Pulvis foliorum Carduib. adverſus peſtem utiliter bibitur ex propriâ aq. ſtillatit. Lonicerus *part.2.herbar.cap.24.* Pulveris Carduib. ℨj. ſumpta cum convenienti liquore, expellit omne venenum peſtis. H. Augenius *lib.3. de peſte cap. 10.* Carduusb. tollit obſtructiones internorum viſcerum, adverſus peſtilentes aliosque venenatos & putres affectus, imprimis efficax, quod iisdem verbis confirmat Fernelius *meth.med.l.5.c.21.* Matthioius *comment.in lib.3. Dioſcorid. c.9.* Carduusbened. magni nominis, magnæque exiſtimationis planta eſt, non modo apud Italos, ſed etiam exteras nationes, præſertim contra peſtem.

Valeſcus de Taranta *in Philon. ſuê* Car-

duib.

duib. ſemen pondere ℥ß. omni die ſumere, ex ſirup. acetoſ. vel de ribes, utiliſſimum eſt in peſte. Tragus *l.2.hiſtor. plantar.* Foliorum pulvis, menſurâ corticis nucis juglandis, cum vinô potus, adverſus peſtem, ne noceat, præſentisſimum eſt remedium. Idem præſtant folia in vinô decocta & pota.

Crato *in tractat. de peſte.* Inter herbas adverſus peſtem commendatur & Carduusbenedictus. Maximè præſtat adverſus peſtilentiam. J. Schenckius *lib.7. obſ. Med. de alexipharmac.* Gualterus Bruel *in praxi.* Succus Carduib. utiliſſimè ſumitur ab infectis. Fumanellus *lib. de peſte cap.5.* Carduumb. qui cum cibo & potu aſſumſerit, negant contagia quæque experiri. Joh. Dan. Mylius *lib. 6. baſil. Chim. cap.14.* Carduusb. ſudorem movet, venenis reſiſtit, & peſtilentibus morbis confert.

Heurnius *libr. de peſte & in praxi ſuâ:* Carduusbenedictus peſtiferis febribus dicatus eſt. Carduob. divinâ & cœleſti dote & peculiari antipathiâ conceſſum eſt venenum & peſtem amoliri. Joh. Juvenis *de med. bezoard.* Andernacus. Herba ipſa tam recens, quam ſicca, adverſus peſtem ſingulare præſidium eſt. Ruellius *lib.3. hiſtor. ſtirp. cap.55.* & Fuchſius *de ſtirp. cap.42.* negant peſtis experiri contagia, qui cum vino Carduumb. præſumpſerit. Marſilius *in epid. cap. 10.* Se-

 mine

mine Carduib. utuntur contra peſtem ex- perimentatores cum vino. Carduusbenedictus ſingulari facultate contra peſtilentes aliosque putres affectus valet. Jacob. Silvius *lib. de med. ſimpl. natur. p. m. 461.*

Carduus ſanctus eſt præſentaneum remedium adverſus peſtem. J. C. Baricellus *hortul. genial. p. 216.*

Atractylidis hirſutioris ſeu Carduibenedicti folia, ſemen, comæ, in cibo & potu ſumptæ, corpora à peſtiferâ lue vindicant: etiam correptis magno ſunt remediô. H. Montuus *haloſ. febr. l. 7. c. 4.* Carduusbened. inſignis eſt in malignarum & peſtilentium febrium curatione. Jeremias Wolderus *in tractatu de ſimpl. comp.*

Tabernæmontanus *lib. 2. ſect. 10. cap. 5.* Pulveriſati Carduib. ℈j. præſervat à peſte, expellendo ejus venenum per ſudorem. Idem præſtat & ſuccus ejus bibitus. Lazarus Riverius *prax. med. l. 17. c. 1.* Carduusbenedictus proprietate ſpecificâ venenatam qualitatem oppugnat.

Caſtor Durandes *in hort. ſanitat.* pulveris Carduib. ʒj. cum vinô pota efficaciſſimum eſt remedium contra peſtilens contagium, ſi horis 24. ante acceſſum ſumatur. Idem præſtat vinum Carduibenedictinum.

Caſpar. Schvvengfeldius *lib. 1. Catal. contra peſtem,* omnisque generis lethalia vene-

na,

na, mirificè pollet interius ſumptus Carduus-benedictus. Semen ejus utiliter emulſionibus in febribus malignis additur.

Alphonſus Moreſcot. *de ſimpl. med.* Pulvis Carduib. datur felici ſucceſſu contra peſtem, quantum de ipſo cortice nucis juglandis menſuratur, 24. hor. à correptione, provocatô ſudore.

Renodæus *lib. 1. Diſp. ſ. 4. c. 63.* Carduusb. ſudorem movet, venenis reſiſtit, ac peſtiferis morbis confert. Conf. J. Baptiſt. Gemmam *de carbunc. peſt. p. 254.* David Herlicius *in ſuo regimine.* Pulvis Carduib. cum aq. convenienti ſumptus, omne pellit venenum peſtis, ſi inde ſudor ſequatur.

Peſtilentiam curat Carduusb., ſi ſubitò aliquantulum ejus ſucci vel pulveris bibatur. Alex. Ded. *l. 1. p. 78.* D. Nic. Agerius *pharm. ref. part. 1.* præſtantiſſimum ex Carduob. parari levamen peſte correptis, in præſervationis & curationis actu docet. Addit, Carduumb. ſine intermisſione peſtis tempore cibo & potui admiſceri debere.

Obeſis & pituitoſis Magnificus, olim de patria noſtrâ meritiſſimus D. D. Rehefeldius, Conſul & Phyſicus hujus urbis quondã celeberrimus, inter alia Carduumb. peſtis tempore magnoperè commendat. V. ipſius Medicinaliſchen Peſtanſchlag Aô 1626. publicat.

R. Mundererus *medic. militar. p. 151.* Carduumbenedictum cum fol. rutæ, rad. petaſitid. angelic. Zedoar. pimpinell. decoquit cum ſ.q. vini & aceti, in quo decoctô theriacam vel mithridatium diſſolvit, idque peſte correptis tepidum exhibet.

Folia Carduibenedicti inter alexicaca magnam de ſe prębent exſpectationem. Vid. Nobiliſſ. & Magnif. Rolfincii *meth. ſpecial. l. 9. ſ. 1. c. 4.*

Remaclus Limburgenſis in hiſtor. aquar. Carduibened. aquam ſingulare antidotum contra peſtem eſſe ſtatuit. Aq. ſtillatit. Carduib. contra peſtem ſumitur. Caſtor Durandes. Tabernæmonta. *ſect. 10. l. 2. c. 5.* ▽ Carduib. utilis eſt in omnibus febribus peſtilentibus. J. D. Mylius *cap. 14. l. 6. Baſil. Chim.* Aq. vel decoctum hujus herbæ venena omnia pellit, cujus rei exemplum H. Tragus adducit. Fuiſſe enim puellam quandam, quæ inſcia cum pomô donô datô venenum ederit, moxque corpus ejus inflatum, nec ullis antidotis tumorem ſedari potuiſſe, tandem verô aquâ ſtillatit. hujus herbæ datâ, tumorem ſubſediſſe, atque ſic à veneni malo & periculo liberatam fuiſſe. Idem ex alio refert, puero in campo dormienti, ſerpentem per os hians irrepſiſſe, ac herbæ hujus aquâ exhibitâ per inferiora mox ſerpentem ſeceſſiſſe,

ſe, nec quidquam periculi puero inde obtigiſſe.

Crato laudatisſimus trium Imperatorum Medicus in peſte & petechiis ex ſemine Carduiben. emulſionem expulſivam præſcribit, quam Vid. ſupr. *cap.6.* præprimis autem extractum ejus commendat.

Pulvis Carduib. ad ℥j. cum vino ſumptus peſte infectis convenit. Greg. Horſt. *de plant. Aug. l.1. ſ. 6. c. 12.* qui pulvis in tractat. de peſte Aô 1624. ex mandato Reverendisſimi & Serenisſimi Electoris, Dn. Johan. Schvveickardi, &c. editô, maximè commendatur. V. D. Mich. Schon. *tractat. de morb. epidem.* Vel detur pulveris ſem. Carduib. ℈ij. cum aq. Carduib. ℥iiß. Sumat tepidè æger, & ſudet. Garner. *epit. de peſte.*

Theriaca Germanorum J. T. Tabernæmontani & Matthioli, cujus vires theriacâ Andromachi non inferiores ſibi in peſte compertas eſſe teſtantur, ingreditur Carduusb. ad Miiij. ut & Orvietanum, cujus ſupra mentionem fecimus. Hujusmodi eſt Theriaca Germanorum Monavii *apud Diemorbrocc. l.3. c.5.*

Pulvis Tabernæmontani contra peſtem talis eſt: ℞. pulv. fol. Carduib. ʒj. margarit. ppt. ℈j. ſmaragd. ppt. ℈ß. cui pulveri nonnulli unicornu verum admiſcent, & cum ſirupo acetoſitatis citri propinant.

Pulverem contra peſtem D. Nic. Ager. *pharm. reform. part. 3. fol. 71.* deſcribit Carduob. inſignem.

Pulvis Felicis Plateri, quô in peſte Annô 1593. graſſante feliciter uſus eſt, hujusmodi fuit:

℞. bol. armen. ver. ppt. ℥ß. Corallii ʒij. ſuccin. ʒiß. raſur. ebor. & C. C. ana ℥ß. rad. tormentillæ, ʒiß. dictamn. Carlin. pimpinell. angelic. Imperator. myrrhidis ana ʒj. ariſtoloch. rotund. zedoar. cort. limon. caryophyllor. ana ʒß. cinamom. ʒij. ſem. acetoſæ ʒiß. Carduib. angelic. ocym. Coriandr. ana ℥ß. ſem. citr. medull. ℈j. croci, ℈ß. roſar. rubr. fol. verben. rut. ſcord. Carduib. ana ʒß. galeg. ʒj. ſpec. diamargar. frig. ʒj. f. Pulvis, cujus ℥j. cum ſacchari ℥j. in formam pulveris vel tabularum, ſaccharô in aq. acetoſ. angelic. roſar. vel Carduib. diſſoluto: vel electuarii, redigi poteſt.

Pulvis cum moſcho ejusdem talis eſt: ℞. rad. angelic. myrrhid. imperator. ana ʒij. tormentill. pimpinell. dictamn. ſcorzoner. vincetoxic. cruciat. morſus Diabol. enul. zedoariæ, galang. ana ʒj. ariſtoloch. gentian. aronis vel ſerpentariæ ana ʒß. ſantal. omniũ, ana ℥j. cinamom. ʒij. lign. aloës ʒß. herb. Carduib. ſcord. meliſſ. ſalv. ana ʒj. rutæ ʒß. herb. ſcabioſæ, verben. acetoſ. lyſimach. flor. cor-

cordial. ana ℥j. ſem. acetoſ. Coriandr. fœnicul. Carduib. ana ʒiß. citr. ocym. ana ʒß. baccar. laur. juniper. ana ℥ij. nuc. moſchat. maceris, ana ʒß. ſuccin. ʒiij. raſur. ebor. C. C. ana ʒj. unicorn. ℈j. lap. pretioſor. ʒj. bezoart. margarit. ana ℈j. bol. ppt. ℥ß. Corallior. ʒß. moſchi, ambræ ana ℈ß. camphoræ ℈j. f. Pulvis.

Pulvis amarus ejusdem: ℞. radic. tormentill. dictamni, gentian. fol. Carduib. ana ℥ß. bol. ppt. Corall. r. ppt. ana ʒj. D. cum aq. acetoſæ.

Pro præſervatione contra peſtem Sennertus laudat ſequentem pulverem:

℞. rad. tormentill. ʒj. Zedoar.
herb. ſcord. Carduibenedict. acetoſæ ana ʒß.
ſem. citr. acetoſæ, ana ℈j. C. C. uſt. ppt. ʒß.
terr. ſigillat. Sileſ. ocul. ♋ ppt. bol. armen. ver.
oſſ. de cord. Cerv. ana ℈j. M. f. Pulv.

In peſte Grülingius exhibet pulverem ſequentem:

℞. C. C. uſt. ppt. ⊖is Carduib. ana ℈ß.
lapid. bezoar Oriental. g. vij. M. f. Pulvis in aquâ Carduib. propinandus.

Pulvis alius Philippo Ingraſſiæ in peſte Panormitanâ Annô 1565. graſſante commendatiſſimus:

℞.

℞. rad. tormentill. dictamn.. Cretic. alb. gentian. ſantal. citrin. pimpinell. Zedoar. rad. Carlin. gran. juniper. ſem. citr. fænicul. aniſ. apii, petroſel. cinamom. opt. herb. ſcord. Carduibened. calam. aromatic. ana part. æqual. f. Pulvis, cujus ʒj. cum ℥j. conſerv. carnis citr. datur infirmo.

Pulvis Joëlis in præſervatione & curatione peſtis talis eſt. ℞. ſcord. Carduibenedict. ſummitat. C.C. debitô tempore collecti & ſuccô ſcord. ppt. ana ʒij. rad. petaſitid. ſem. citr. excorticat. veronic. ana ʒj. Corall. r. ppt. ʒß. f. Pulvis: adduntur flores ♀ris interdum, & cum aceto rut. & aq. Carduib. f. hauſtus. *V. Dunc. Liddel. lib. 3. de febr.*

Ejusmodi ſunt ſpecies contra peſtem, Carduob. conſpicuæ Thom. Jordani, *peſt. phænomen. tract. 3.* Pulveres item antipeſtiferi M. Untzeri *antidotar. peſtil. l. 2.* ut & Pulvis alexipharmacus J. Meſuæ *l. 3. de antidot:* ℞. bol. armen. acetô ppt. ſem. rut. doronic. Carduibened. carab. xyloalcës, ſeric. crud. rad. tormentill. dictamn. tunic. ſcabioſ. croci, ambr. moſch. ſpec. diamarg. frig. ana f. Pulvis, vel cum ſirupô de ribes Opiata. Magis arridet pulvis alexipharmacus Rolfincianus, *meth. ſpec. l. xi. c. 1.* ſemine Carduib. eminens: ut & Gr. Horſtii pulvis bezoarticus ſequens:

℞. pulv. rad. dictamn. pimpinell. angelic. tormentill. ana ℥j. zedoar. cortic. citr. C.C. uſt. ppt. ana ʒvj. ſem. rut. Carduib. ana ʒij. myrrhæ ℥ß. terr. ſigillat. ℥j. ⊖is abſinth. ʒiij. M.f. Pulvis, cujus doſis ℈ij. ad ℈iiij. *l. 7. de morb. malign. obſerv. 19.* Talis eſt pulvis Jobi Fincelii *tractatu de peſte.*

Pulvis vitæ apud Bavaros Annô 1606. in peſte uſualis talis fuit: ℞. rad. dictamn. alb. tormentill. valerian. ver. angelic. ſerpentar. ariſtoloch. utriusque, vincetoxic. pimpinell. hirc. gentian. cruciat. zedoar. ana ʒij. been rubr. ʒiß. herb. ſcord. rut. dictamn. Cretic. carduib. ſalviæ utriusque, abſinth. artemiſ. vel fl. tanacet. ana ʒij. nuc. moſchat. cinamom. ana ʒj. gran. juniper. ʒiij. pulveriſentur omnia ſeorſim ſubtiliter & cribellentur, mixtis deinde adde theriac. opt. ʒvij. temperentur & uniantur cum aceto optimo q. ſ. tandem exſiccentur ad fornacem calidam, ultimò teratur tota maſſa, cui adde iterum terræ ſigillatæ Sileſiacæ ʒij. camphoræ, ʒß. vel ℈j. M.f. Pulvis.

D.G. Budæi pulvis hujusmodi eſt: ℞. rad. tormentil. fol. Carduib. roſar. rubr. ana ʒj. ſem. citr. juniper. ocym. Carduib. ana ʒj. rad. dictamn. zedoar. ana ℈j. Corallor. ʒß. terr. lemn. ſ. bol. puriſſim. ʒiij. ſpec. diamarg. frig. ʒij. camphoræ ℈ß. f. Pulvis ſubtiliſſimus, qui vel ſolus exhibeatur, vel ejus ʒj. excepta ſac-

char.coct. & diſſolut.in aq. Carduib. ℥ij. redigatur in formam electuarii vel tabularum. *Apud.eundem Vid. alium pulv. ſimilem.*

Celebris eſt pulvis Renodæi bezoarticus ſemine Carduibened. inſignis, quem deſcribit *in antidotar.l.3.ſ.1. c.14.* ut & pulvis Mindereri *tractatu de peſte p. 237.*

℞. rad. Carlin. Carduiben. dictamn. Cretic. ana ʒij. lap. bezoart. croc. Oriental. ana ℈j.M.f.Pulvis, cujus doſis ʒj.cum aq.Carduiben. Eundem pulverem magnis extollit laudibus J.Caſtellus Auguſtanus *tractat.de peſt. pag.64.* Probatus eſt pulvis alexipharmacus D.J.A.Ampſingi in plurimis infirmis Annô *1606.* V. Author. *tractat. de peſte pag. 51.* Hunc itidem Carduusb. auget.

Pulvis curativus Facultatis Medicæ Marpurgenſis 1597. præſcriptus talis erat: ℞.rad. pimpinell. tormentill. dictamn. alb. petaſitid.gentian.phumagn. ana ʒij. fol. ſcord. dictamn. Cretic. ſem. ocym. Carduiben. ana ʒiß. bol.armen.ppt.terr.ſigillat.Turcic. terr. ſigillat. Haſſiac. ana ℈iiij. cortic. citr. lign. aloës, ſantalorum omnium, croc. Oriental. Corall.rubr.alb.unicorn.ver. ſuccin. alb. oſſ. de cord.Cerv.raſur.ebor.margarit.ppt. flor. ♁ris ana ʒj. camphoræ, ſmaragd. ppt. ſapphir.hyacinth. ana ℈j. moſchi, ambræ, ana ℈ß. M. f. Pulv. cujus doſis in actu curationis eſt ʒj. præſervationis ℈ß.

J. Quinterius Antoniacenus *comment. de ratione vict. & Med.* ſequentem pulverem, in peſte efficacem fuiſſe ſcribit: ℞. rad. angelic. gentian. cinamom. ſantal. rubr. zedoar. ſem. citr. acetoſæ, ana ʒij. ramenti eboris, Carduiben. cortic. citr. ana ʒiß. ſacchar. q. ſ.

D. J. Steinmetz *in inſtructione peſtil. Annô 1599. editâ* pulverem pro plebeiis ſequentem habet:

℞. pulv. fol. acetoſ. abſinth. ſcord. rut. Carduib. ſcabioſ. ana ʒj. rad. valerian. enul. campan. olsnit. tormentill. biſtort. ſerpentar. ana ℈iiij. vincetoxic. gentian. pimpinell. polypod. q. ana ℈ij. angelic. opt. dictamn. alb. zedoar. ana ʒiß. ſem. acetoſ. citr. excorticat. ana ℈j. rutæ, Carduiben. ana ℈iiß. granor. juniper. ℈iiiij. baccar. laur. Nô, vij. ſacchar. albiſſim. ℥v. M. exactè & contere in pollinem. S. **Pulver vor das Geſinde/ oder die Armen.**

Elegantisſimum pulverem bez. Carduo-benedictô conſpicuum deſcribit D. M. Martini *in tractat. de peſte, Annô 1598. edito:* pulverem pro junioribus ibidem vide talem:

℞. bol. armen. acetô caryophyllatô ppt. C.C. uſt. ppt. terr. Lemn. ver. ana ℈ij. ſem. acetoſ. coriandr. ppt. Carduib. citr. excorticat. rut. ana g. xxvij. ſantal. alb. citrin. margarit. ppt. oſſ. de cord. C. ana ℈j. rad. tormentill. ſcabioſ. dictamn. alb. ſuccin. alb. ppt. ana ʒß.

℥ß. Coralliorũ rubr. albor. lign. aloës. ſeric. crud. toſt. ana g. xxv. flor. nymphææ, roſar. rubrar. ana g. xv. ſpec. diamargar. frig. cordial. temperatar. ana ℈iiß. croci, g. vij. moſchi, ambræ, ana g. v. Ex omnibus fiat pulvis tenuiſſimus.

Electuar. D. Sennert. *lib. 4. de febr. c. 5.* ad præſervationem peſtis ordinatum hujusmodi eſt: ℞. rad. angelic. valerian. vincetoxic. tormentill. helen. olsnit. zedoariæ, ana ℥j. dictamn. Cretic. terr. ſigillat. Sileſ. C. C. ana ℥ß. Pulveriſentur ſubtilisſimè & incorporentur cum roob ſambuc. juniper. nucum, mellis deſpumat. ana q. ſ. addendo ſub finem Conſerv. acetoſ. Carduiben. ſcord. roſar. ana ℥ß. ☍ è bacc. juniper. ℥ß. balſam. ♁ris ℈ß. myrrhæ, ℥j. M. f. Electuarium.

Celebris eſt antidotus P. Ponæ, quam citat Sennertus *lib. 4. de febr. c. 5. p. m. 453.* Cardui ſancti ingreſſu inſignitam.

Electuariô ſeq. Felix Platerus Aô 1582. feliciter uſus eſt: ℞. rad. angelic. imperator. ana ℥ij. tormentill. Carlinæ, vincetoxic. pimpinell. morſ. Diabol. phu ver. ana ℥j. zedoariæ ℥ß. gran. juniper. ℥ij. baccar. laur. ℥j. ſem. angelic. acetoſæ, Carduib. ana ℥iß. citri mundat. ℥ß. fol. rut. Carduiben. ana ℥j. croci, piperis, maceris, ana ℥ß. raſur. C. C. & eboris ana ℥j. bol. ppt. cum ſucc. citr. ℥ß. opii ℈j. f. Pulvis, adde camphoræ ℈ß. nucleor. nuc.

rec.

rec. ficuum ana ℥ß. ſacchari finiſſimi ℥ij. mellis ℥xij. f. Electuarium.

Idem adhuc excellentiùs electuarium parat hôc modô: ℞. theriac. opt. ℥iij. rad. tormentill. ſem. juniper. Carduiben. acetoſ. ana ʒij. bol. ppt. ℥ß. raſur. eboris, ʒj. Corall. ʒiß. ſpec. diamarg. frig. ʒj. cum ſirup. acetoſitat. citr. f. Electuarium.

Electuarium prophylacticum in peſte Bartholinus *in ciſtâ med. p. 164.* tale habet:

℞. rad. imperator. Angelic. granor. juniper. ana ʒij.
ſem. Carduib. acetoſ. ana ʒiß.
bol. ppt. cum ſucc. citr. ℥ß.
raſur. C.C. diamarg. frig. ana ℥j.
theriac. vet. opt. mithridat. ana ℥j. cum ſirupo acetoſitat. citr. f. l. a. Electuarium. Item hoc *p. 182.*

℞. rad. angelic. domeſtic. imperator. zedoar. ſem. angelic. domeſt. gran. juniper. fol. rut. bol. armen. pinguis irrorati ſuccô citr. & rurſum exſiccat. ana ℥j. cinamom. rad. tormentill. cardopatii ſ. Carlimæ vincetoxic. pimpinell. morſ. Diabol. phu ver. domeſt. ſem. acetoſ. citr. mundat. Carduib. baccar. laur. fol. Carduiben. croci, C.C. uſt. ana ℥ß. piper. long. maceris ana ʒij. f. Pulvis tenuis ex omnibus: ℞. hujus pulveris ℥viij. ʒiij. nuc. jugland. non rancidar. pulpæ ficuum ana ℥ij. ſacchar.

finiſſim. ℥viij. mellis puriſſimi cum vino Hiſpanicô deſpumati & decocti ad ſpiſſitudinem ſirupi ℔iij. ſpir. ⊕li ℈ij. M.f. Electuar.

Antidotum contra peſtem Wieri *obſerv. rarar. l.1.* tale eſt: ℞. theriac. elect. ℥iij. rad. tormentill. baccar. juniper. ſem. Carduib. ana ʒiß. acetoſæ, citr. ana ʒj. bol. armen. ppt. ℥ß. ſpec. diamarg. frig. ℈ij. raſur. eboris, ʒj. ſirup. acetoſitat. citr. q.ſ. f. Conditum in aq. Carduiben. exhibendum.

Electuarium præſervans in peſte Carduob. eminens V. apud J. D. Mylium *baſil. chim. p. 699.*

Felix Platerus *de febr. 171.* theriacæ ʒj. cum ſucc. ſcabioſ. & Carduib. ana ℥j. in vinô diſſolvit & exhibet.

Antidotum auream Hadrianæam V. apud Mynſicht. *ſ. 3. p. 60.*

Electuarium præſervans Magnif. Dn. D. Rolfincius *meth. ſpec. l. 11. ſ. 3. c. 3.* præſc. tale:

℞. electuar. camphorat. ʒvj. pulv. rad. contrayerv. ℈ij. C.C. uſt. ppt. ʒij. ♀nii diaphoretic. ʒß. ⊖is juniper. Carduib. ana g. xv. ol. deſt. rut. angelic. ana gt. iiij. camphoræ, ℈ß. ſirup. Carduib. q.ſ. M.S. Præſervier latwerge.

Opiatam J. Palmarii Carduib. partibus refertam V. *l. 2. de febr. peſt. c. 20.* Liquor omnium

mnium præſtantiſſimus Carduob. inſignis, ut & deſtillatum V. ibidem.

Electuarium præſervans pro pauperibus facile paratu à Bavaris Medicis Annô 1606. tale ordinatum eſt: ℞. Caricar. pingv. Nô 40. vel 50. Coq. in aq. Carduiben. ad pultis conſiſtentiam, exprime per ſetaceum, adde medullæ nuc. jugland. acetô maceratar. fol. rutæ ana ℥ij. baccar. juniper. rad. tormentill. pulv. vitæ ſupra deſcripti ana ℥j. ⊖is, ʒij. croci ʒj. cum aceto & melle mixta f. Electuarium.

Opiatam Salomonis D. Jouberti Carduôb. conſpicuam V. apud J. Renodæum, *antidotar. lib. 3. ſ. 2. c. 9.* Opiata Petri Drœti pro pauperioribus talis eſt:

℞. rad. angelic. zedoar. tormentill. gentian. ana ℥j. ſem. Carduiben. citr. ana ʒij. hæc in pulverem redacta coque lentô igne ad 2. vel 3. horas: deinde exprime fortiter, expreſſionem coque cum ſaccharo ad cōſiſtentiā opiatæ. Doſ. ʒj.

Antidotus contra malignitatem Marcelli Donati *in hiſtor. med. mirab. l. 7.* talis eſt: ℞. theriac. elect. ℥iij. rad. tormentill. baccar. juniper. ſem. Carduiben. ana ℥iß. bol. armen. ppt. ℥ß. ſpec. diamarg. frig. ℈ij. ſem. acetoſæ, citr. raſur. eboris, ana ʒj. ſirup. acetoſitat. citr. q. ſ. Exhibeatur in aq. Carduib. q. ſ.

El. diapetaſites *D. Joh. Aſveri Ampſingi, Roſtochienſis Phyſici,* quô Aô 1606. uſus eſt, deſcribitur *in tract. de peſt. p. 33.* ℞. rad. petaſitid. ʒvj. zedoar. ʒiij. angelic. tormentill. Carlin. ariſtoloch. utriusque, ana ʒiß. cort. citr. ʒij. bol. armen. ppt. ℥ß. herb. ſcord. ver. dictamn. rut. Carduib. meliſſophylli, ana ʒiij. ſem. citr. Carduib. baccar. juniper. laur. ana ʒiß. ſem. acetoſ. ʒj. flor. Calendul. ʒiij. oſſ. de cord. C.C.C. raſ. eboris raſi ana ʒiß. margarit. ppt. Corallor. ppt. ſeric. crud. ana ʒj. Conſerv. acetoſitat. citr. acetoſell. roſar. flor. borrag. ana ℥ix. fol. ☉ri Nô vij. ſirup. acetoſitat. citr. vel ſirup. acetoſ. ſ. q. ſ. f. Electuarium, magnitudine nucis myriſticæ offerendum.

Franc. Joël *in tract. Germanico de peſte* Aô 1591. graſſante deſcribit theriacam domeſticam, paratu facilem, quæ talis eſt:

℞. Caricar. pingv. ℥iiij. medull. nuc. jugland. ℥ij. rutæ ℥j. ſcord. Carduib. tormentill. ana ʒij.

Conſcindantur, & vini vel aceti roſati momentô irrorata Miſc. datur magnitudine nuc. jugland. dimidiæ.

Electuarium Joh. de Vigo Carduôb. exaltatum deſcribit Dominicus Leonus Lucenſis *meth. cur. tum. p. n.*

Electuarium D. J. Schröderi, magnam Carduibened. quantitatem recipiens, deſcribit

bit D. J. Steinmetz *in inſtructione peſtil. Annô 1599. editâ.* Electuarium ex dictamno ejusdem tale eſt:

℞. rad. gentian. enul. campan. ana ℥iß. tormentillæ ℥j. angelic. ʒx. dictamn. alb. ʒxiv. ſummitat. Carduib. ℥ij. ſem. acetoſæ, ℥j.

Radices macerentur acetô per horas 6. & iterum exſiccentur, pulveriſenturque. Quibus omnibus adde Conſervam borrag. nymphææ, ana ℥ij. M. cum ſirup. de ſucc. Carduib. atque oxymel, ſ. q. ſ. f. Electuarium, D. in fictil. S. Diptamlatwerge.

Electuarium Baſileenſe ſuperiore ſeculō uſuale deſcribit D. Matth. Martini *tractatu de peſte*, tale:

℞. rad. angelic. domeſtic. imperator. zedoar. ſem. angelic. granor. juniper. fol. rut. recent. boli opt. pingvis, irrorati ſuccô citr. ac denuò exſiccati, ana ʒij. cinamom. rad. tormentill. carlin. vincetoxic. pimpinell. morſ. Diabol. phu ver. ſem. acetoſæ, citr. mundat. Carduiben. baccar. laur. ana ℈iiij. fol. Carduiben. croci, C. C. uſt. ana ʒj. piper. long. maceris, opii, ana ʒß. Pulveriſatis admiſce nuc. jugland. non rancidar. pulp. ficuum ana ℥ß. ſacchar. albiſſim. ℥ij. mellis opt. vinô præſtantiſſimô deſpumati, & ad ſirupi conſiſtentiam decocti ℥xij. ſpir. ⊕li ʒß. f. l. a. Electua-

 rium,

rium,quod idem ferè eſt cum ſuperiore, Th. Bartholin. paucis exceptis.

Infuſum vini contra peſtem F. Plateri *de febr. p.151*, tale eſt: ℞. rad. tormentillæ, dictamn. ſucciſ. pimpinell. ana ℥iß. rad. valerian. imperator. angelic. ana ℥j. rad. ſerpentar. gentian. ana ℥ß. fol. Carduibenedicti, ſem. Coriandr. ana ℥j. Cinomom. ʒiij. incidantur & infundantur in vinô albô & paucô acetô vel vinô: bibat infirmus ſæpè mane. Ibidem ſuccum Carduib. inſpiſſatum in propria aqua deſtillatâ propinat.

Potio antipeſtiſera Grülingii talis eſt: ℞. aq. theriacal. camphorat. ʒß. lap. bezoar. g. iiij. ſirup. de ſcord. ℥j. ſpec. liberant. ℈j. aq. Carduib. ℥iiß. f. Potio. Rotulas & morſulos V. ibidem.

Spiritus fuliginis quernæ in aq. Carduib. exhibitus, ſecretum eſt in peſte.

Clariſſ. Simon. Pauli, *quadripartit. Botanic. claſſ.3.* de Carduob. hæc habet: Peſtis tempore & ſubingruentibus febribus petechialibus, morbillis ac variolis, dici non poteſt, quantoperè Carduus ſanctus proſit: in quem finem eſſentia & Sal ex eô ſpagyricè confecta in illius ſtillatitiâ aqua, eleoſaccharo citri, aut ſirupo corticum vel acetoſitatis citri edulcata ægris propinari poſſunt.

Poteſt etiam ex medicamentis è Carduob. paratis & conjunctis potio ſequens parari:

℞.

℞. aq. Carduib. ℥iß. extract. ejusd. g. vj.
ſpir. Carduib. ʒß. ſalis eiusdem ℈ß.
ſirup. Carduib. ʒiij. M. D. S. Schwitztränck-
lein.

Potio ſudorifera in febribus peſtilentibus à Lazaro Riverio *pr. med. l. 17. c. 1.* deſcribitur talis:

℞. aq. ulmariæ, Carduibened. ana ℥ij.
ſucci limonum, ℥j. theriac. veteris, ʒß.
℈ij. vel ʒj. prout major vel minor calefaciendi metus eſt. M. f. Potio, ſumenda tepidè, corpus tegendo paulo plus ſolitô.

Decoctum ſudoriferum pro pauperibus tale à Bavaris Medicis ordinabatur Annô 1606. ℞. cortic. interior. fraxin. ℥iiij. rad. bardan. petaſitid. ſarſæparill. ana ℥ij. fol. Carduib. M. iij. aq. font. ℔ix. Coque ſ. a. ad medietat. conſumpt. & poſt reſidentiam f. Colatura poſt 12. horas, quæ ſervetur uſui. Doſis ℥iv. cui electuarium quoddam admiſceri poteſt. V. ſupr.

Infuſum prophylacticum Brunneri. *Conſil. p. 419.* tale eſt: pulv. ſcord. ʒij. Carduib. ʒß. terr. ſigill. Sileſ. ʒiiß. C. C. uſt. ʒiß. nuc. vomic. ℈iiij. ſalis abſinth. Carduib. angelic. ana ℈ij. ♀nii diaphoret. ʒß. aq. Carduiben. ſcabioſ. ana ℔j. acet. lil. conval. ℥iv. theriac. Andromach. ʒiiß. M. S. Schweißwaſſer.

Sæpè laudatus Felix Platerus *de febr. p. 177.*

ex ſucco acetoſæ, borrag. pomor. redolent. ſcabioſ. ana ℥iß. aceti roſar. ℥ß. aq. Carduib. roſar. ſcord. ana ℥iiij. cum ſ. q. ſacchari julebum parat, quem ſantalis aromatiſ. addendo camphoræ g. v.

In aq. Carduiben. ſ. q. bezoarticum minerale & animale cum ſale ſcordii & Carbuib. probè mixta antidoti locô exhiberi poſſunt.

Præcipitati Solaris g. iij. vel 4. cum extracti Carduib. ℈ß. mixta in aqua Carduib. propinantur. D. J. Ebelin. *In Idæa loimod.*

Isbr. Diemerbroccius *de peſte l. 3. c. 5.* ſequentem hauſtum commendat: ℞. extract. Carduib. mit. ſalis Carduib. ana ℈ß. ſal. ſcord. ℈j. theriac. Andromach. diaſcord. Fracaſtor. ana ʒß. aq. theriacalis, aceti bezoart. ana ℥j. M. f. Hauſtus.

Item. ℞. ſalis Carduib. ʒß. aq. theriacal. ℥ij. ſucc. citr. ℥ß. M. f. hauſtus.

Item: ℞. radic. petaſitid. angelic. helen. ana ʒj. herb. mit. Carduib. ſcord. ana Mß. vin. alb. q. ſ. coq. ſ. a. Hujus colaturæ ℞. ℥ij. vel ℥iiij. ſalis Carduib. ℈j. theriacæ, ℈ij. f. Hauſtus.

Apozemata curativa, quæ Carduumb. recipiunt, *V. ibidem.* Idem *l. 4.* ſeq. hauſtum cuidam puellæ cum magno levamine præſcripſit: ℞. extract. Carduiben. ⊖is abſinth. ana ℈j. ſal. Carduib. ℈ß. theriac. Andro-

dro-

dromach. ʒj. aq. theriacal. & Carduib. ana ℥j. ol. ⊕li gt. xv. M. f. hauſtus. Ad ſitim propinat ſequens julapium: ℞. aq. Carduib. ℔j. ſcabioſ. acetoſ. ana ℔ß. ſirup. de ſucco citr. ℥ij. ol. ⊕li q. ſ. ad grat. acor. M. f. Julebus. Plurima alia ex Carduob. V. apud eundem in hiſtoriis curationum ferè omnium.

Potum in febribus malignis valde utilem, & paratu facilem V. apud J. Palmarium, *l. 2. de febr. peſt. c. 16.* ℞. aq. ſimpl. cum ʒij. ſcobis C. C. coctæ ℔iij. aq. Carduib. ℔iß. ſacchar. ℥iij. cinamom. ʒj. ſucci limonum ℥iß. Coletur.

Prægnantibus inſervit potio ſudorifera ſequens:

℞. ſirup. de limon. ℥iß. aceti bezoartic. ℥ß. aq. fœnicul. pimpinell. Carduib. ana ℥j. ſpec. diamarg. frig. ʒj. rotul. man. Chriſt. perlat. ʒij. M. f. Potio. V. Hartmannus *de curatione peſte infectorum p. m. 593.*

Oxymel Carduibenedicti commendat in præſervatione peſtis Duncan. Liddelius *lib. 3. de febr.* tale:

℞. aq. Carduibenedicti part. iij. aceti & ſucci acidi citri ana part. j. cum mellis q. ſ. aromatiſetur pulv. cinamom. lign. aloës, &c.

Aquam vel potius hauſtum pro gravidis Nobiliſſ. Rolfincius *meth. ſpecial. lib. 11. c. 12. ſ. 2.* præſcribit talem: ℞. aq. Carduib. ℥iij.

acetoſ. ℥iß. aceti caryophyllat. ℥ij. rad. pentaphyll. ℨiß. tormentill. ℨj. zedoar. ℨß. Inciſa & contuſa bulliant unâ atque alterâ ebullitione: in colaturâ diſſolve mithridat. elect. ℈ij. ſpec. liberant. ſ. aloë, elect. de gemm. ana ℈ß. M. f. hauſtus. D. S. Gifftwaſſer für Schwangere.

Ubi ſitis peſte correptos valdè urget, Crato ſequentem Julebum præſcribit: ℞. aq. Carduib. ſcabioſ. acetoſ. borragin. ana ℔ß. ſirup. è ſucc. Carduibened. è cort. citr. acetoſitat. citr. ana ℥j. camphoræ, g. iij. M. f. Julebus.

F. Reineccerus *in theſ. Chim. l. 6.* oleum Vitrioli cum aq. Carduib. pro præſervatione peſtis exhibet.

Poppius *lib. 2. de præp. med. Chim.* ſpirit. terræ ſigillatæ ℈j. cum aq. Carduib. contra peſtem propinat.

Emulſionem ſudoriferam Excell. Th. Bartholinus *in ciſt. med. cap. 3.* talem habet: ℞. aq. Carduiben. ℥iiij. ſem. citr. ℥iß. nap. ℨj. terr. ſigillat. ℨß. ſirup. è ſucc. ſcabioſ. ℥j. M. D. S. Schwitzmilch.

Emulſionem diureticam in peſte talem habet Duncan. Liddelius *lib. 3. de febr.* ℞. ſem. napi, Carduib. ana ℨiß. melon. ℨiij. citr. excorticat. ℨß. cum aq. Carduibened. & ſcabioſ. ana q. ſ. f. emulſio, vel man. Chriſti perlatis vel ſirupô limonum dulcoranda.

Ex-

Extractum ſeu antidotum contra peſtem V. apud M. Untzerum *l 3. de peſte*. Extractum compoſitum contra peſtem V. ſupra *cap.6.*

Rotulis M. Untzerus *tract. de peſte l. 2.* utitur ſequentibus: ℞. extract. ſcord. & Carduib. ana ʒj. ol. angelic. ℈j. ſacchar. in aq. rut. diſſolut. q. ſ. f. l. a. rotulæ. *V. c. 6.*

Morſuli ex omnibus ferè Carduib. partibus conjunctis tales conflari poſſunt:

℞. Conſerv. Carduibened. ℥iß. pulv. ejusdem ℈iiij. extract. Carduibened. g. xv. ſacchar. albiſſim. in aq. Carduibened. propriô Sale eſſentificat. q. ſ. diſſolut. ℥iiij. in fine inſperge flor. Carduib. tenerior. exſiccat. ℈ß. vel ℈j. & adde ol. ſtillat. Carduib. gt. iij. f. l. a. Morſuli.

Ad eundem modum rotulæ concinnari poſſunt: Sunt enim non pauci, quibus hic in præſcribendis remediorum formulis modus, quantumvis ſimplex, vehementer arridet. *V. Paracelſ. tom. 1. lib. 4. c. 10.*

J. Hebenſtreit, Medicus olim Erfurtinus commendat in peſte ſequentes morſulos: ℞. ſpec. diambræ, diamoſch. dulc. aromatic. roſat. diarrhod. ana ʒj. ſpec. liberant. ſ. aloë, confect. cordial. ana ℈ij. rad. dictamn. tormentill. zedoariæ, ana ʒj. bol. armen. ver. ppt. croc. ana ʒß. cinamom. cortic. citr. ana ʒij. doronic. Carduibenedict. caryophyllor. oſſ. de cord. Cerv. nuc. vomic. unicorn.

ana ℈j. camphoræ, ℈ß. ſacchar. alb. diſſolut. in aq.roſat.moſch. q. ſ. f.l.a.Morſuli.

Sirupum Felix Platerus *de febr.p.168.* talem parat : ℞. rad. angelic. tormentill. dictamn. pimpinell. cruciat. ana ℥j. imperator. zedoar. ana ℥ß. fol. Carduiben. verben. rutæ, chelidonii, calendulæ cum floribus, ſalviæ ana aridor.ʒiij.gran. iuniper. ℥ij. baccar. laur. ℥iß. f. decoctio in vino,colatur. adde ſacchar. quart. j. decoquantur in formam ſirupi. Capiat ℥j. per ſe vel diſſol. in aquis convenientibus.

Sirupus contra peſtem M. Untzeri *l.2. antidotar.peſtil.* talis eſt: ℞. ſucc. ſcord. depurat. ℔iij. ſucc. limon. depurat. ſucc. ſcabioſ. ana ℔j. in quibus macerentur rad. angelic. ℥iß.zedoar.ʒvi.fol.dictamn.Carduiben.ana Mj.rutæ Pj. Conſerv. flor. bugloſſ. helen. & roſmarin. ana ʒvj. cinamom. ʒij. croci, ℈j. Omnibus in matracium inditis,fiat digeſtio in B. M. per 2. aut 3. dies : deinde exprimantur, & cum albumine ovi clarificentur. Hæc digeſtio ſemel adhuc repeti poteſt, & expreſſio fiet nobilior. Huic ſucco ita depurato addatur ſacchari f.q. & f. ſirupus : de quo datur cochlear j. cum aq. Carduib. vel ulmar. ad præſervationem & curationem peſtiferæ luis. Talem ſirupum invenies apud D.G. Budæum *tract. de peſte pag. 299.* Mündererum *tract. de peſte p. 236.*

Siru-

Sirupum ſcordii compoſitum Carduobened. inſignem, admirandis in affectibus venenatis præditum virtutibus *V. in pharm. dogm. reſt. Querc. l. 1. cap. 12.*

Salia ſua Chimici extollunt in peſte, quorum omnium anteſignanum eſt Sal Carduib. in propria aquâ ad g. x. xij. usque ad ℈j. exhibendum. *Hæfer. Herc. Med. l. 2. p. 94.*

Ut putredo peſtifera inhibeatur, febri malignæ reſiſtatur, incendiumque viſcerum extinguatur, præſcribit ſæpè laudatus Sennertus mixturam ſequentem: ℞. aq. Carduiben. acetoſæ, ſcabioſ. ana ℥iij. roſar. ℥ij. cinamom. ℥j. ſucci citri, granator. ana ℥ij. extract. croc. ℈ß. ſolut margaritar. Corallor. C. C. ana ℈j. Confect. alcherm. ℈ij. M.

Mixtura bezoartica Phil. Grüling. *lib. pr. 5. part. 2.* hujusmodi eſt: ℞. extract. carnis viperin. ʒij. magiſter. Solis, quod paratur ex calce Solis edulcorata & commixtâ cum ambrâ, moſchô, & magiſteriô perlar. ℈ij. lapid. bezoartici ʒß. diſſolut. in S. V. & eôdem iterum abſtractô add. ſucc. rad. Carlin. recent. condenſat. ſucci Carduibenedict. ſucci ſcord. inſpiſſat. ana ʒi. ol. angelic. ſuccin. zedoar. juniper. ana gt. vj. f. horum mixtio, & ſervetur in pyxide argenteâ inauratâ ad uſum. Doſis ℈ij. plus minusve.

Mixtura contra peſtem Rolfinciana: *Chim. in art. form. redact. c. 11. p. m. 267.*

℞. mix-

℞. mixtur. ſimpl. diaphoretic. ℥iiii.
eſſent. granor. juniper. vinô Malvaticô parat. angelic. rutæ, ſcord. meliſſæ, carduiben. gentian. ana ℥i. croci ʒij.
ſpir. C. C. cum ⊖e volatil. ℥i. lign. ſanct. eben. rectificat. ana ʒ j.
ſirup. acetoſitat. citr. ſcordii, Carduibened. ceraſor. & caryophyllor. ſcorzoner. ana ℥v.

Stent in digeſtione horarum 24. aſſerventur in vaſe in quo ſuſpendatur nodulus ambræ ℈ß. moſchi ℈j. Eſt alexiterium illuſtre. Dantur ʒ j. ʒiij. in vinô ad præſervationem, in aqua ſcordii ad curationem.

Mixtura ſudorifica Catholica ejusdem.

℞. miſtur. ſimpl ⊕lat. ♀riſat. theriacal. camphorat. ℥j. ſpir. lign. ſanct. acid. ℥ß. quern. acid. rectificat. ʒvj. corylin. ℥ß. ſirup. Carduib. ſcord. acetoſitat. citr. perlat. ana ℥ij. M. Doſis Cochl. j.

Mixturas alias bezoarticas duas V. apud. M. Untzerum *de lue peſtif. l. 3. p. 1639. & 40.* quarum poſtrema eadem eſt cum ſupra memoratâ Grülingianâ. Plures alias mixturas antipeſtiferas Carduobenedictô eminentes V. apud M. Untzer. *antidotar. peſtil. l. 2. ſ. 5.*

Tinctura compoſita alexipharmaca Rolfinciana.

℞. rad. contrahiervæ, ſcorzoner. zedoar. imperator. biſtort. acor. ver. tormentill. angelic.

gelic. vincetox. ireos flor. dictamn. alb. palm. Chriſt. ana ℥j.
herb. ſcord. noſtrat. rut. ana Mij.
ſem. aniſ. fœnicul. ana ℥j. Carduib. Mariæ ana ℥ß.
citr. baccar. herb. Parid. ana ℥j.
flor. roſar. rubrar. Calendul. caryophyll. hortenſ. flor. plen. ana Mß.
lign. ſantal. rubr. ℥ß.
galeg. Mß. cinamom. caryophyllor. macis ana ℨiij.
theriac. mithridat. ana ℥iij.

Contuſa contunde, & miſtis omnibus ſuperinfundatur ſpir. vin. ex fecibus deſtillat. q. ſ. ad juſtam ſupereminentiam: coloratus in leni digeſtione ſpiritus in peculiari vaſe aſſervetur. Poſt decantationem, novus ſpiritus affundatur: iterum defundatur, & priori jungatur: tandem

℞. miſtur. ſimpl. ⊖l. ☿. theriacal. camphorat. ℥v.

Permiſta prioribus colentur per linteum ſubtile. collectus ſpiritus omnis leniter exhalat. S. ut ſupra. *Vid. Chim. in art. form. redactam l. 3. ſ. 3. c. x p. 198.*

Hujus generis eſt Tinctura bezoartica Excellentiſſimi quondam Poliatri ac Chimici D. J. Michaëlis.

Celeberrimus Thomas Bartholinus *in ciſtâ*

*ciſtâ Med. p. 491.* mixturam ſudoriferam ſequentem laudat:

℞. Electuar. diaſcord. ℥ß. ſirup. Carduib. ℥vj. aq. ſcord. Carduibened. ana ℥ijß. analept. Ruland. ℥j. M.

Celebria ſunt in curationis & præſervationis actu Elixiria Tychonis Brahenſis, peſtilentiale Crollii, quæ in aq. Carduib. exhiberi poſſunt.

Elixir vitæ Budæi, quod deſcribit *tractatu de peſte cap. 9. tale eſt:*

℞. cinamom. opt. ℥ j. ſcord. roſar. rubr. lign. aloës crud. ana ʒij. macis, Cardamom. utriusque, caryophyllor. nuc. moſchat. galang. ana ℈ij. ſantal. citrin. rad. angelic. ana ʒj. Coriandr. ppt. ſem. aniſ. ana ʒß. gran. juniper. ſem. Carduib. ana ℈j. moſch. g. xx. vin. ardent. rectificat. ℔iiij. ſtent in infuſione per 15. dies: poſtea Coletur. Colatur. adde miv. cydon. ſirup. è cortic. citr. ana ℥vj. M. & filtra.

Electuarium de baccis juniperi habet Chriſt. Wirſung im Artzneybuch *part. 6. c. 15.* ℞. nucleor. nuc. juglend. baccar. juniper. ana ℥ij. probè contuſis adde mellis deſpumati ℥iiij. cinamom. ʒʒ. macis, caryophyllor. ana ʒj. rad. dictamn. alb. tormentill. zedoar. cort. citr. rutæ, Carduib. hyperic. ana ʒß. gran. paris, aloës, Coriandr. ppt. angelic. been rubr. bol. armen. terr. ſigill. ana ʒj. M.

Arca-

Arcanum Martini Stellingii contra peſtem tale eſt:

℞. ſalis perlar. Corallor. ana ℥ß. abſinth. Carduiben. ſalis cinnamom. ana ℥j. theriac. Andromach. ℥iij. Conf. Alcherm. ℥ß. electuar. de ovo, ℥ij. probè commixtis adde flor. 🜍ris, ℥ß. extract. juniper. tormentill. ana ℥ß. terr. ſigillat. C. C. phil. calcinat. ana ℥j. oſſ. de cord. Cerv. ℥ß. Mixtis exactè adde ꝏ ſtillatit. cortic. citr. cinamom. ana ℥ß.

Aſſerventur in pyxide ad uſum. Doſis hujus arcani eſt, quantum capit cultelli cuſpis in aq. Carduibenedicti. Sed nimia quantitas oleorum ingredi videtur hoc compoſitum. Aliam antidotum *V. ibid. tractat. de peſte pag. 49.*

Extractum cardiacum majus pro magnatibus, item aliam antidotum majorem prò magnatibus Vid. apud Quercetanum *in peſtis alexicac. pag. 302. 306.* Antidotus cardiaca minor ejusdem minoris impenſæ talis eſt:

℞. ſucc. ſcord. rut. caprar. Carduib. ulmar. ana ℥iiij. Omnes iſti ſucci indantur in alembic. vel matrac. vitr. cap. digerantur in B. M. & poſtea materiam eorum craſſam & terreſtrem, ſ. feces in fundo reſidentes, à tenuiori & puriore ſubſtantiâ ſeparando, de-

N purен-

purentur, juxta artis præſcriptiones à nobis ſupra conſtitutas. Super ℥x. prædictorum ſuccor. benè depurator. adjiciantur rad. angelic. zedoar. dictamn. cortic. citr. ſem. Carduib. acetoſ. ana ℥iß. cinamom. myrrhæ, ana ʒvj. croci, ʒij. camphoræ, ʒj. omnia minutim contundantur, & cum dictis ſuccis permiſceantur, deinde in B. M. per duos vel 3. dies digerantur, digeſta poſtea ſub prælô fortitor calidè exprimantur, & expreſſioni iterum adjiciantur theriac. optim. ℥j. confect. de hyacinth. & alcherm. a. ℥ß. perlar. ppt. C.C. ppt. ſpec. diambr. & de gemm. ana ʒiß. omnia iterum per 2. aut 3. dies in B. M. digerantur, dein liquor omnis per alembicum ad ignem balnei vaporoſi eô usque deſtilletur, donec materia in fundô remaneat, atque ſubſideat in formam mollis opiatæ. Sic enim antidotum admodum excellens præparabis, cujus doſis ℈j. ad præſervationem peſtis, ad curationem verò ʒß. vel ʒj. in aquâ quâdam alexipharmacâ.

*l. 4. de febr. c. 11.* In febribus peſtilentibus & malignis D. Sennertus efficaces & præ aliis penetrantes eſſe ſcribit aquas deſtillatas, quas ſuccus & folia Carduiben. ingrediuntur:

℞. ſucci ex foliis recentibus & viridibus, galegæ, verbenæ, borragin. ſcord. meliſſ. Calendulæ, acetoſæ, Carduiben.

plan-

plantag. è roſ. incarn. ana ℔j. limon. maturor. ſ. citr. ℔ij.
acet. rub. id. rutæ, ana ℔j.
ſem. citr. recent. ℥j. portulac. ℥ß.
flor. nymphææ alb. recent. ℥iiij.
Cortic. fraxin. recent. manipul.
Pulveriſanda pulveriſentur, & infundantur per triduum in ſuccis prædictis, poſtea deſtilla ſ. a. per organa vitrea. Ibidem V. aliam aq. cum Carduôb. ut & ſeq. ℞. ſucc. citr. acetoſ. endiv. galeg. taraxac. borrag. ana ℔iß. carduib. cardui Mariæ, ſcord. ſcabioſ. roſar. provincial. ana ℔j.
pomor. citr. cum cortic. & ſem. conciſor. Nô vj. raſur. C. C. crud. ℔ß. ſtent in infuſione per horas 24. poſtea deſtillentur.
Talis eſt aqua ad febres ardentes Quercetani *pharm. dogmat. reſtit. lib. 1. c. 7.* ut & aqua bezoartica Mart. Stelling. *p. 58.* ℞. herb. Carduib. Mj. rad. enul. zedoar. Imperator. carlin. dictamn. alb. angelic. ana ℥j. gentian. pimpinell. tormentill. ſantalor. omniũ, ana ʒvj. petaſitid. ſerpentar. valerian. ana ℥j. Inciſis groſsô mod. adde moſch. opt. ℈j. gr. v. camphoræ, ℈iiß. theriac. mithridat. ana ℥iiß. ſpir. vin. Menſ. iiij. ſtent per dies 4. poſtea deſtillentur igne lentô, & ſerv. pro uſu. Doſ. Cochl. j. mane & veſperi in aq. Carduibenedicti.

Aquam bezoarticam V. ap. Matthiolum, & Hartmannum *pr. Chim. p. m. 32.*

## Aqua bezoartica Crügneri.

℞. radic. leviſtic. pimpinell. enul. tormentill. ana ℥ij. flor. hypericon. ſambuc. Calendul. ana Mj. baccar. juniper. ſem. acetoſ. ana ʒvj. ſucc. ſcabioſ. bugloſſ. Carduib. meliſſ. ana ℔iij. deſtilla ſ. a.

Aquam theriacalem aliam V. in pharmacopœâ Ambſtelredamenſi *p. m. 13.* item apud J. D. Mylium *baſilic. Chim. lib. 6. p. 891.* D. Brunnerum, *Conſil. 42. p. 234. it. Conſil. prophylactic. tempore peſtis p. 418.* Quercetan. *pharmacop. dogmat. reſtitut. lib. 1. c. 7.* Elegans eſt aqua theriacalis Duncan. Liddelii *l. 3. de febr. c. 5. p. m. 236.* Hanc Carduusb. & ipſius aqua maximam partem conſtituunt. Maximarum virium in peſte eſt Aqua Solis Thom. Jordan. de peſtis Phænomen. *tract. 3. p. 519.*

℞. majoran. ſalviæ, abſinth. fol. laur. ana Mj. Carduib. granor. juniper. ſulphuris viv. ppt. ana ℥iiß. radic. tormentill. valerian. ſerpentar. diptamn. gentian. morſ. Diabol. ana ℥ij. cinamom. ℥iß. caryophyllat. zedoar. angelic. vincetoxic. enul. ana ℥j. rad. liquirit. ʒx. flor. borrag. bugloſſ. violar. ana ℥ß. pomor. aurant. integror. Nô iij. baccar. laur. ℥iij. ſem. aniſ. fœni-

fœnicul. Coriandr. ppt. ana ʒiiß. nucis vomic. ſantal. citrin. zz. nucis moſchat. macis ana ʒij. lign. aloës ʒ ß. piper. long. granor. paradyſ. ana ℈iiij. Inciſa & contuſa infundantur in aq. vitæ ℔. viij. Malvatici ℔. vj. per dies 14. Poſtea cola & exprime. Expreſſioni adde theriacæ, mithridat. ana ℥ijß. trochiſcor. de camphorâ, ʒiiß. deſtill. lentò igne ſ. a. Factâ deſtillatione imponantur ſequentes ſpecies: ℞. rhabarbar. elect. ʒiiß. ſpec. electuar. de gemm. diambr. diamoſch. dulc. diamargariton. ana ʒj. ambræ ℈ß moſchi g. iiij fol. auri Nô xx. ſpicæ, ſquinanth. ana ℈ß. ſacchar. Cand. ſi dulcis eſſe debet, ℥iiij. reponatur in vitrum & ſervetur uſui. Doſis communis eſt ℥ß.

Aquas theriacales M. Untzeri *V. l. 3. & antidotar. peſtil. l. 2. ſ. 5.* Aquam Mindereri contra peſtem, quam ſuccus Carduib. nobilitat Vid. apud Senn. *lib. 4. de febr. c. 6.* In curationis actu Felix Platerus inter aquas ſelectiores & probatas hanc habet *l. de febr. p. 165.*

℞. lign. guajac. ℔ß. rad. angelic. imperator. gentian. ana ℥j. ireos, zedoar. ana ℥ß. fol. Carduib. rutæ, ſcord. ana Mij. ocym. Mj. poma limonia inciſa Nô vj. deſtillentur ter: quantitas ℥ß. Alias efficaces aquas ejusdem Authoris *V. p. 166, 167.* quarum poſtrema in

peſte Anni 1594. tantum profeciſſe deprehenſa eſt, ut multi eâ fuerint reſtituti:

℞. radic. tormentill. bardan. pimpinell. ſucciſ. phu ver. hortenſ. recentium, ana ℥ iij. rad. imperator. angelic. dictamn. alb. gentian. ſerpentar. ſiccar. ana ℥j. cæpar. recent. excorticatar. nucum recent. nondum plenè maturar. ana ℥vj. fol. rutæ, acetoſ. Carduib. recent. ana Mij. incidantur omnia, addendo camphoræ ʒiß. diſſolutis in aq. vit. ℥j. adde mithridat. ℥ ß. vin. alb. præſtantiſſim. M ß. acet. roſat. ℥ij. eliciatur aqua, cujus doſis ſumma ℥ij. eſt: cui ſirup. acetoſ. ſimpl. vel de limonib. in delicatioribus utiliter permiſcentur.

Aquam theriacalem Magnif. Rolfincii foliis Carduibenedicti dotatam *V. in meth. ſpec. l.11. ſ.2. c.11.*

Aqua Apoſtolorum
ejusdem contra malignitatem talis eſt
loc. citat.

℞. fol. ſcord. Carduibened. acetoſæ,
Cardui Mariæ, cichor. ſcabioſ.
rutæ, ſalviæ, fumar. puleg. ana M. viij.
galeg. M. v. Calendul. c. flor. Mxiij.

Sint plantæ & radices recenter collectæ, conciſæ parum humectentur & deſtillentur.

Aqua ſudorifera loco magni ſecreti contra

tra peſtem Diemerbroccio communicata. talis eſt :

℞. rutæ virid, meliſſ. ana ℔ß. abſinth. ſicc. conſciſſ. ac nonnihil contuſi, Carduiben. ſicc. ana ℔ij. aq. communis, q. ſ. Macerentur & ſtent in infuſione propè ignem. per decem vel 12. dies, quotidiè baculô ligneô bis terve agitando : poſtea deſtillentur. Ex fæcibus autem combuſtis, una cum menſtruo reſiduo prius exſiccatis, extrahatur ſal : cujus ſalis defectu poteſt ſimile ſal compoſitum fieri, ex ſale abſinthii, meliſſ. Carduib. rutæ, ana part. æq. ſimul miſtis.

Hâc aquâ ita uſus eſt : ℞. hujus aquæ ℥ij. ſalis dicti, ʒß. ol. vitriol. gt. 12. aut 15. M. f. hauſtus. Aliam fortiorem V. ibidem, quam ſimiliter Carduusb. ingreditur. Talis eſt aqua theriacalis Langii & Bauderoni apud eundem *l.3.c.5. de peſte*. Aquam Leidæ uſualem, *V. ibid.* ut & infuſiones Carduob. inſignes.

Aquam mithridaticam V. apud G. Horſt. *l.7. de morb. contag. obſ. 28.*

Stillatitius liquor contra venena Ambroſii Paræi , quem pro tertiô Æſculapii filio poſteritas agnoſcit, ut Petrus Droetus cenſet *conſil. de peſt. l.21. de peſt.* ejusmodi eſt :

℞. rad. gentian. & cyper. ana ʒiij. herb. Carduib. pimpinell. ana Mj. morſ. Diabol. ſem. oxalid. ſilveſtris ana Pij, bac-

car. hederæ & juniper. ana ℥ß. flor. bu-gloſſ. violar. roſ.rub. ana Pij. craſſiuſcu-lè pulveriſentur omnia : inde madeſcant per noctem in vin. alb. & aq. roſar. tum addatur boli armen. ℥j. theriac. ℥ß. de-ſtillentur omnia in B. M. ſervetur ſtillati-tius liquor in phialâ fideliter obturatâ. Capiat æger ℥vj. cum ſacchar. cinamom. & croci tantillô.

Aqua ſudorifera temperata pro pueris in Bavariâ Annô 1606. præſcripta talis erat.

℞. rad. gramin. ℥ij. ſem. citr. fœnicul. ma-lon. ana ℥j. ſem. ſantonic. rad. angelic. pimpinell. tormentillæ, ana ℥ß. ſcord. dictamn. Cretic. ana ʒiij. fol. ſcabioſ. veron. ana Mjß. cinamom. acut. ℥ß. Con-ciſis & contuſis affunde vini albi, aq. Car-dui Mar. Carduiben. acetoſ. ana ℔iiij. di-ger. per 3. dies & deſtilla.

Aqua theriacalis omnium præſtantiſſima, eſt J. Renodæi in appendice deſcripta.

Chyloſtagma diaphoreticum Mindereri ſuccô Carduib. exaltatum *V. in tract. de pe-ſte p. 232.* ut & ejusdem aq. contr. peſtem *p. 238.* Aquam theriacalem P. Droeti V. *in conſil. nov. de peſtil.* Idem ſcribit, ſibi cogni-tum fuiſſe Chirurgum quendam H. Flan-drum nomine, qui in Angliâ innumeros ſo-lô ſale fraxini ad gr. xij. in aq. Carduib. ex-hibitô curaſſet. Hæc incidenter.

Exi-

Eximia eſt inſuper aqua bezoartica D.M. Martini, Medici Anhaltini, quam deſcribit *in regimine peſtis Annô 1611. editô.* Efficax eſt aqua bezoartica ejusd. ex ſuccis: ℞. ſuccor. depurator. ſcord. Calendul. ana ℔ß. galeg. chelidon. major. ſcord. ſcabioſ. ana ℥iij. rutæ hortenſis, ſalviæ, Carduib. veronic. ana ℥ij. aceti caryophyllat. ℥iß. theriac. Andromach. mithridat. ana ʒß, poſt macerationem juſtam deſtillentur in diplomate.

Aquam præſervantem à peſte, Carduob. inſignem D. J. Steinmetz. *vid. in inſtructione peſtilenti Annô 1599. Lipſiæ editâ,* quæ elegantiſſima eſt: ibidem vide aquam mithridaticam & theriacalem D. J. Schröteri.

Optima eſt aqua ſudorifera D. M. Martini, *tractat. de peſt.* Annô 1598. ℞. rad. angelic. tormentill. morſ. Diabol. ana ʒvj. zedoar. petaſitid. ana ℥ß. fol. ſcord. verben. ſcabioſ. ana Miß. Carduiben. pentaphyll. chelidon. fumar. Calendul. ana Mj. acetoſ. cichor. ana Mß. ſem. citr. Carduiben. meliſſ. ana ʒiij. croc. Oriental. ʒij. theriac. Andromach ʒx. Conſerv. flor. borrag. acetoſell. ana ℥iij. anthos ℥j. cortic. citr. ʒiij. Inciſis & contuſis herbis ac radicibus adde ſalis commun. Miß. poſtmodum affunde ſucci vel aq. Carduib. ſcabioſ. ana ℔iiß. galeg. acetoſæ, acet. acerrim. ana ℔j. & fiat in vaſe vitreô diligens omnium per arenam deſtil-

 latio.

latio,in qua nodulus ſubſequens infundatur, qui ℞.zedoar. ʒiij. camphoræ ℈ij. croc. ℈j. Confracta ſindone excipiantur.

Pro avertendâ & præcavendâ peſte Nobiliſſimus Præſes noſter *in hier.picr.p.92.* nodulum offert ſequentem : ℞.Comar.abſinth. dictamn. Cretic.ana Mß. ſcord. Carduiben. ana Mj.cortic.citr. ℥ß. zedoar. ʒij. rad. pimpinell. ℥ß. helen. ʒij. ſuſpendatur in vinô, unde quôvis mane ſumatur hauſtus.

Talis ferè eſt infuſio Martini Stellingii: ℞. rad. tormentill. chelidon.angelic.ana ℥ij. herb. Carduib. veronic. ſcabioſ. pimpinell. ſalviæ, rutæ, ana Mj. baccar. juniper. ℥iß. caryophyllor. ℥ß. nuc. jugland. enucleat. Nô xx. cortic. citr. ℥iß. inciſis groſsô modô affunde vini q. ſ. ſtet per dies octo. Doſis cochlearia aliquot.

Epithema ſequens cordi & epati in peſte admovendum laudat Nicol. Piſo *lib. 1. de febr.c.16.* & J. Hollerus *l. de peſt.*

℞. aq.bugloſſ. Carduib. ſcabioſ. ana ℥iij. aceti roſat. ℥ij.electuar.de gemm. ʒß camphoræ & oſſiculi cordis Cervin. ana ℈j. theriac.veter. mithridat. ana ʒj. croci Oriental. g. iij.Miſce omnia pro fomento cordis tepido cum ſpongiâ,vel linteolò molli, vel pannô ſcarlatô.

Aliud minoris apparatus deſcribit Tuſſanus Ducretus *de febr.*& Chriſtoph.Wirſung.

Arts

Artzneyb. *part.6. cap.16.* ℞. aq. acetoſ. Carduib. ana ℥ij. roſar. ℥iiij. acet. caryophyllor. ℥j. ſpec. de gemm. frig. ℥ß. croc. oriental. g. ij. camphoræ, g. v. vin. malvatic. ℥ß.

Aliud Laz. Riverii *prax. Med. l. 17. c. 1.* ℞. aq. ſcabioſ. Carduibened. ana ℥iiij. naphæ, ℥ij. Conf. alcherm. ℥ij. ſpec. diamarg. frig. ʒj. croci, camphoræ, ana g. vj. f. epithema tepidè & frequenter cordis regioni applicandum. Simile V. apud Dunc. Liddelium *l. 3. de febr. c. 6.* Decoctum, quô pedes, inguina, axillæ & latera cum ſpongiis in peſte ad meliorem ſudorem foventur, Isbr. Diemerbroccius *p. 228.* tale habet:

℞. rad. angelic. gentian. ana ℥ij. fol. betonic. majoran. ſcabioſ. ſcord. meliſſ. ana Mj. centaur. minor. Carduibenedict. ana Miß. flor. aneth. chamomill. melilot. ſtœchad. calendul. ana Mj. baccar. laur. juniper. ſem. Carduibened. ana ℥j. f. decoctio in aq. commun. addendo ſub finem parum vini albi.

Sacculum H. Capivaccius *pr. l. 6. de febr. cap. 37.* deſcribit talem: ℞. myrrhidis, dictamn. Cretic. lign. ſaſſafras, Carduiben. lign. aloës, zedoar. pimpinell. cortic. citr. ana ʒij. croc. ℈ß. galliæ moſchat. moſchi odorat. ambr. odorat. ana g. v. M. f. culcitra vel ſacculus regioni cordis & jecinoris applicandus, & continuô geſtandus.

Chriſtoph. Wirſung. *part.6. c.15.* infuſum ſequens in ipſâ peſte mirificè extollit: ℞. rad. tormentill. valerian. pimpinell. ſerpentar. dictamn. terr. ſigillat. bol. armen. fæcum aceti exſiccat. piper. long. ana ℥ß. zz. caryophyllor. ana ʒj. theriac. Andromach. nuc. vomic. Carduib. ana ℥j. Inciſis affunde vini albi q.ſ. ſtent per 4. dies: hujus infuſi doſis eſt Cochl. j. manè jejunô ſtomacho: movet ſudorem potenter. Alterans & confortans potio, præſertim poſt ſudorem in contagiô peſtilenti præſcribitur talis ab eôdem: ℞. ſirup. de limon. ℥j. acetoſitat. citr. ℥ß. aq. Carduib. acetoſ. borrag. ana ℥j. M. pro hauſtu. Idem in regimine diætæ peſtis tempore vinô aquâ Carduib. dilutô pro conſuetô potu uti jubet. *p.6.c.16.*

Pro convaleſcentibus à peſte & febribus aliis malignis præſcribit idem *l.c.* ſequens medicamentum: ℞. myrobalan. Chebul. Indor. rhabarbar. cinamom. Carduib. caryophyllor. ana ʒj. maſtich. ℥ß. aloës, ʒiij. cum ſ. q. ſirup. de menth. in quô maceratus ſit agaricus M. & magnitudine caſtaneæ exhibe. Sed nimia videtur aloës & maſtiches quantitas.

Nicol. Piſo *lib.1. de febr. c.16.* humores bilioſos in peſte correptis evacuat ſequenti hauſtu: ℞. diaprun. ſolutiv. & elect. de ſucc. roſar. ana ʒij. ſirup. de limon. ℥ß. trochiſc.

de

de caphur. ℈j. cum aq. Carduib. & ſcabioſ. f. Potio.

Pilulas laxantes in peſte uſuales C. Wirſ. *l. c.* laudat tales : ℞. Maſſ. pil. peſtilential. Ruff. ℈iiij. agaric. trochiſcat. zedoar. angelic. ana ʒj. rhabarbar. ℈j. trochiſc. alhandal. g. v. c. ſ. q. aq. Carduib. f. Pilulæ, quarum doſis eſt ʒj.

Apozema Catholicum purgans in peſte, Medici Bavari Annô 1606. tale præſcripſerunt : ℞. rad. cichor. gramin. acetoſ. tormentill. ana ʒiij. enul. campan. ʒij. paſſular. mundatar. ℥iß. herb. capillar. omnium, bugloſſ. borrag. ſcabioſ. endiv. Carduib. Scord. ana Mß. flor. cordial. dictamn. Cretic. ana Pj. ſem. aniſ. fœnicul. Carduib. citr. acetoſæ, ana ʒß. fol. ſen. ſ. ſtip. oriental. ℥ij. in aq. fontan. ℔iiiß. vel q. ſ. coquantur ad medietat. circa finem adde agaric. ppt. rec. oxymelle irrorat. ʒvij. epithym. oriental. ʒiij. zedoar. zz. cinamom. ana ʒj. factâ ebullitione & reſidentiâ per noctem f. Colatura cum expreſſione ad ℔iß. quæ depuretur cum albumine ovi, & aromatiſetur cum ſantal. citrin. pulveriſat. ʒj. ſervetur pro uſu, additis prius ſirup. roſat. ſolutiv. ℥v. de ſucco limon. ℥ij. M. f. apozema, cujus doſis eſt ℥iß. ℥ij. iiiß. vel 4.

Electuarium ſolutivum in peſte D. J. Steinmetzii tale eſt ; ℞. elect. de citr. ſolutiv. ℥ij.

ſucci

ſucci carduib. verben. ſcord. ſcabioſ. veronic. ana ℥ß. Conſerv. flor.tunic.violar.purp. ana ℥j. cum ſ.q.ſpec. electuar. diaphœnic. & ſirup. cichor.c.Rhabarb.f.Electuarium, adde dacryd. ritè ppt. & pulveriſat. ℈ß. D.S. Laxirlatwerge. Idem author clyſteribus variis folia & ſemen Carduib. admiſcet.

In petechialibus febribus Sennertus Carduumb. alvum lenientibus addit. *Vid. lib. 4. de febr. cap. 13.* quem etiam commendat in morbo Hungarico Nobiliſſimus Præſes noſter *tractatu de ſcorzoner. p. 75.* ex. gr. Infundatur agaricus cum decoctô & aq. ſcorzoner. vel Carduibened. Ubi crocô metallorum ad vomitum conciliandum uti velis, in aq. Carduib. infuſio fieri poteſt.

Adr.Mynſichti Tartarus emeticus de aq. Carduib.participat.

Aquam Carduib. vomitoriis admiſcet in peſte Brunnerus *Conſil. prophylact.* ex. gr. ℞. aq. Carduib. ℥iiiß. vitr. ♀nii, g. ij. ſirup, acetoſ. ſimpl. ʒvj. f. Infuſio per noctem, D.S. Brechträncklein.

Petrus Droetus *Conſil. novô de peſtil.* ſcribit, ſe in Angliâ ſucci eryſimi herbæ ℥ij cum ſ.q.aq. Carduib. ad excitandum vomitum, exhibuiſſe, tantô cum ſucceſſu, ut ęgri eôdem tempore & vomerent, & bubones exturbarent.

Emulſiones ſudoriferas ex ſemine & aquâ

aquâ Carduib. maximam partem conſtantes vid. apud Sennert. *l. 4. de febr. cap. 13.* & *ſupra c.6.* Electuarium conſervâ Carduiben. exaltatum Vid. apud Senn. *l. c.* quæ medicamenta etiam in febre militari exhiberi poſſunt.

In morbo Hungarico Clariſſ. B. Tim. v. Güldenklee *lib.4. epiſt.3.* præſcribit ſequentem potionem ſudoriferam: ℞. ſucc. acetoſell. ℥ß. citr. ℥j. aq. Carduib. ℥iß. diaſcordii, ʒj. ſpec. de hyacinth. ℈ij. ſirup. de ſucc. Carduib. ℥ß. M. f. Potio, D. S. Schweiß-Tranck.

In lenticularibus febribus commendat D. Brunnerus *Conſil. 43.* potionem ſeq. ℞. rad. tormentill. dictamn. alb. pimpinell. ana ʒj. Coq. in ſ. q. aq. Carduib. & acetoſ. hujus ℞. cochl. vj. ſucc. carduib. cochl. ij. acet. rut. cochl. ſem. M.f. Potio, adde theriac. Venet. ʒß. ſumat tepidam, & ſudet. Aliam potionem ſudoriferam Carduob. inſignem *V. ibid.*

Magnif. D. D. Rolfincius in aquæ Carduib. cochlear. ij. exhibet lapides bezoor g. v. vel theriacæ ʒj. in q. ſ. vin. Carduib. *meth. ſpecial. lib.6. c.7.*

Remb. Dodonæus *prax. med. cap. 19.* apparentibus maculis theriacam cum decoctô Carduib. exhibet: & potiones alterantes ex ſirup. acetoſ. de ſucc. citr. aut limon. cum aq. Carduib. cichorei & tormentillæ propinat.

Su-

Sudoriferam potionem Rulandus commendat talem *l. de morb. Hungar. c. 7.* ℞. ſem. nap. citr. ana ʒiß aq. Carduiben. acetoſ. ana ℥iß. f. emulſio, adde ſirup. de Carduob. ʒv. acetoſitat. citr. ℥ß. M. f. Potio. Hydroticum antidotum ejusdem tale eſt: ℞. aq. Carduibenedict. nucum, ana ℥iß. ſalis angelic. ʒj. M.

Aqua petechialis Anhaltina talis eſt:

℞. Spir. vin. ex fecibus deſtillati, ℔iij. rad. Carlin. tormentill. rhapontic. ſcorzoner. fraxinell. ſ. diptamn. alb. ana ℥iiij. ſem. Carduib. rutæ, ana ℥ij. carpobalſam. ℥j. xylobalſam. lign. aloës, ana ℥ß. baccar. juniper. laur. ana ℥j. cinamom. caryophyllor. nuc. moſchat. ana ʒvj. Pulveriſata & conciſa ſtent in digeſtione horarum 24 poſt adde theriac. ℔ß. ol. juniper. ℥ij. Deſtillatio inſtituatur lentô igne. Oleum ſupernatans excipiatur ſeorſim. Utrumque ſervetur uſui. Datur ℈j ij. in ſirupo conveniente, jure pulli vel aq. Cordial. præſervat à febribus continuis, ardentibus & malignis. Ante intermittentium febrium paroxyſmos data dimidiâ horâ impedit invaſionem. V. Nobiliſſ. Rolfinc. *method. ſpecial. l. 11. ſ. 2. c. 11.*

In quotidianæ febris curatione præmittit B. Tim. von Güldenklee ſequentem mixturam præparantem: ℞. aq. aperitiv. ℥iij. Carduib. fœnicul. ana ℥iß. ſirup. ex ſucc.

Carduib. ℥j. ſpir. ⊕li gt. vij. M. S. Mixtura. Doſis cochlear. 2. vel 3. quôvis mane per triduum.

In febre tertianâ intermittente celebres ſunt pilulæ Grülingii, quas *V. ſupra c. 6.* Ejusdem pulveres in hâc febre uſitatos paſſim folia, ſemen & ſal Carduib. ingrediuntur.

In tertianâ prodeſt ſequens ⊖ diaphoreticus Rolfincianus: ℞. ⊖is abſinth. Carduibened. ana g. vj. Centaur. minor. volat. ſang. Cerv. ana g. v. D. in chart. S. Schwitz-Saltz Vel:

℞. aq. majoran. flor. pœon. ana ℥j.
extract. ſcord. Carduib. ana ℈j.
ſirup. granator. acetoſitat. citr. ana ℥ß.
D. S. Schweißtranck uff jmahl. Hæc potio etiam in malignis locum habet Vel:

℞. aq. fumar. Carduibened. ana ℥iß.
ſpir. lign. ſanct. ℥j. ſirup. ſcorzoner. ℥j.
D. S. Schwitz-Eſſentz.

Duciſſa quædam Wirtembergica ſolô aquæ Carduib. uſu, manè & veſperi per triduum repetitô multos curavit, referente Georgiô Roſtiô *pract. Med.*

Inſignis hauſtus Grülingii, *l. 5. part. 2.* hic eſt:

℞. extract. Carduibened. centaur. minor. ana ℈j.
C. C. uſt. pp. ⊖is abſinth. ana ℈ß.

ſirup. de Carduob. ℥j. aq. Carduib. ℥ij.
M. f. hauſtus. Ut & ſeq.

℞. aq. Carduib. acetoſ. veronic. ana ʒvj. ſem. Carduiben. ʒj. nap. ʒß. f. Emulſio, adde ſirup. Carduib. ℥j. f. hauſtus.

Febres tertianas nothas, ut & quartanas aqua febrifuga Mynſichti ſine dubiô exſtirpare fertur. Doſ. ℥ij. & ultra. *Vid. arm. Med. Chim. ſect. 19.*

Dunc. Liddelius *l. 2. de febr. c. 6.* in ejusmodi febribus diuturnis, quando coctionis ſigna apparent, ſudorem movet, & putredinem tollit ſeq. potione:

℞. fol. Carduib. Miß. centaur. min. Mß. rad. aſar. ℥ß. Coq. in aq. ſ. q. additô ſub finem vini albi modicô. Colaturæ mane detur hauſtus, & ſudor in lecto provocetur.

Species febrifugæ & pulvis febrilis Mynſichti ſupra citat. Sali Carduibened. qui utramque compoſitionem exornat, multa debent.

Potio febrifuga, quam ex Laz. Riveriô citat Th. Williſius *tract. de febr. c. 17.* conſtat ex aq. Carduib. cum oleô ſulphuris & ſale abſinthii. Hæc paroxyſmum febrilem præcavendo arcet, & diaphoreſin facilius procurat.

In ſyncopalibus febribus Duncanus Liddelius *l. 2. de febr.* ægros roborat ſequenti potio-

potione : ℞. ſirup. de cinamom. ℥iß. de cort. citr. de pom. dulc. ana ʒvj. aq. rorismarin. meliſſ. Carduib. ana ℥ij. cinamom. ℥ß.

In febribus putridis & pleuriticis Carduusb. omne abſolvit punctum.

In quartanâ commendat Tragus decoctum Carduib. cum vinô factum & ſæpius hauſtum : cui calculum addit Matthiolus, ſcribens : Sanantur hâc herbâ quartanâ laborantes, aut aliis febribus detenti, quarum acceſſiones cum frigore adveniunt. Id enim præſtatur hauſtô ejus decoctô, aut ſtillatitiâ aquâ, aut pulveris drachmâ potâ, vel cum pane vino intinctô ſumptâ. quod confirmat Tabernæmontan. *l.c.* Dunc. Liddel. *l. 2. de febr.* Gr. Horſt. *l.1.ſ. 6. de plant. Aug. c.12.* H. Brunſvvicenſ. *l. 2. c. 3.* Wirſung Artzneyb. *part.6.cap.10.*

B. Carrichter *herbar.p.163.* contra quartanam commendat ſequens decoctum : ℞. fol. Carduib. Mß. origan. aſar. ana Mj. nepeth. Mß. Coq. in ſ. q. vin. generoſ. f. Potio aſſiduè repetenda.

Nobiliſſimus Præſes noſter feliciter in quartanâ uſus eſt extractô Carduib. cum flor. ✳ & ⊖. abſinth. in ſirup. Carduib. Vide eruditam ejus hieram picram *p.145.*

Arcanum Carduibenedicti, cujus doſis g. v. vj. viij. Item Sal Carduib. in ſpiritu ſalis nitri ſolutus, & iterum in Cryſtallos reda-

ctus, cujus doſis eſt ℈j. valdè commendatur in quartanâ ab Hartmanno *pr. Chim. p. m. 29.*

Adr. Mynſichtus *ſect. 1. arm. med. Chim.* alumen ſanguine Draconis tinctum & in aquâ Carduib. ſolutum, laudat in quartanâ. Doſis ℈ß. ℈j.

Antonius de Grad. *de febr. c. 16.* in quartana nothâ præſcribit ſequentem ſirupum:

℞. rad. fœnicul. petroſelin. bruſc. aſparag. ana Mj. fumiterr. ſcolopendr. cichor. agrimon. adianthi, cortic. median. fraxin. tamariſc. cappar. ſcabioſ. lapath. acut. eupator. calaminth. hortenſ. hyſſopi, ana Mß. flor. tamariſc. ℥ß. caſſ. lign. ammeos, aniſi, Carduib. aſari, ſem. apii, baccar. juniper. ana ʒß. ſem. 4. frig. major. ana ʒij. ſtœchad. utriusque, ana ℥ß. ſpic. nard. ʒj. mellis ſcyllitic. ℥iß. aceti albi. q. v. ſacchar. q. ſ. Coq. in ſirup. cujus doſis eſt ℥ij. cum brodio cicerum.

D. Philippus Müllerus *in myſt. med. Chimic. p. 150.* in quartanâ ſequens decoctum probat:

℞. rad. acor. acetoſ. lupul. borrag. ſcolopendr. fol. chamædr. agrimon. abſinth. ana Mj. marrub. Carduib. matriſilv. ana Mß. adde vini q. ſ. & coque ad conſumptionem duarum partium. Probatum.

Omnes alias febres, quôcunque veniant nomine, decoctum Carduibenedicti, horæ qua-

quadrante ante paroxyſmum ſumptum curare ſcribit Lonicerus, *herbar.part.2.c.25.* Vel ingruente febrili paroxyſmô ſumantur aq. Carduib. ℥iiij. Chriſt. Wirſung. *part. 6. c.3.* ⊖ Carduib. eximium eſt febrifugum. H. Petræus *diſſ. harm.50.*

In variolis & morbillis Carduus ſanctus, & medicamenta ex ipſo parata omnia maximi ſunt momenti.

In expellendis variolis & morbillis laudat Grülingius *lib.5.med.pract.part.3.* emulſum ſequens:

℞. ſem.nap.℥j. Carduibened. ℈j,
aq.veronic.fumar.Carduibened.ana ℥j.
f. Emulſum, cui adde
C.C. uſt. ppt. ℈ß. ſpir. è bacc. ſambuc.
gt. iij.f.Potio,aliquoties repetenda. Similem habet Sennert. *l. de febr.4.c.12.*

Hauſtus expellens eiusdem Grülingii:

℞. ſem. Carduiben. ℈ij. aquileg. citr. ana ℈j. Contundantur probè & infundantur in aq. fumar. per horas 24. Colaturæ adde vini albi ℥ß.

ſpir. ♀ri ℈ß. ⊖is gt. ij.
Tartar.alb. Vitriol. g. iij.
ſpir.ſambuc. gt. v.
ſirup. de limon.
acetoſ. citr. ana ℥ß.

M. f. Hauſtus. Potionem à variolis & mor-

morbillis præſervantem Idem habet talem loco citatô:

℞. ſirup.acetoſitat.citr. de ſucco Cardui-
benedict. borragin. ana ℥ij.
aq. acetoſ.Carduib.borragin.ana ℥iiiß.
M. D. in fictil. S. Præſervier/Tranck.

Nobiliſſimus D.D. G. Rolfincius ad expulſionem variolarum & morbillorum ſequentem emulſionem commendat:

℞. ſem.napi ℈ij. aquileg. ʒiß. citri,
Carduibenedict. ana ʒß.
aq. Carduib. ſcabioſ. ſcorzoner. ana ℥iv.
f. Emulſio, Colaturæ per linteum factæ adde ♁nii diaphoretic. ℈ß. C. C. uſt. ppt. ʒi. ſpec. liberant. ℈j. D. in fict. S. Treib/milch.

Decoctum expellens in variolis & petechiis expertiſſimum, ſemine Carduibenedicti inſignitum Oberndorfferi citat Nobiliſſimus Præſes noſter *in tractatu de ſcorzoner. p. 44.*

Julebus in expulſionis conatu multum conferens Lazari Riverii *pr. Med. l. 17. c. 2. talis eſt:*

℞. rad. fœnicul. acetoſæ, ana ℥i.
raſur. C. C. ℥ß.
fol. ſcabioſ. ſcord hyperic. ana Mj.
ficuum pingv. Par. iij. gumm. laccæ, ʒiij.
ſem. napi, Carduibenedict. ana ʒij,
lent. excorticat. ℥ß.
gumm. tragacanth. ʒiß. Coque ad ℔iß.

Co-

Colaturæ ℞. ℥iij. ſirup. de limonib. ℥j. M.f. Julebus, de quo bis aut ter quotidie aliquid exhibeatur.

Pulvis expulſivus Clariſſ. B. Tim. von Güldenklee *lib.4.epiſt.16.p.317.* talis eſt: ℞. ſem. aquileg. naſturt. ana ʒij. acetoſæ, napi, ana ℈iiij. citr. ℈j. Carduiben. ʒj. dictamn. ℈iiij. tormentill. terr. ſigillat. ana ℈j. C.C. absque igne calcinat. ʒiß. M. f. Pulvis. Ibidem Vide aquam expellentem cum Carduob. maximarum virium.

Decoctum ficuum Mynſichti *armament. Med. Chimic. ſ.25.* ſemine Carduibenedicti inſigne tutô & absque ullo periculo tam variolas, quàm morbillos expellit, eorumque malitiam compeſcit. Doſ. Cochl. j. ij.

Theriaca febrilis Mynſichti Catholica *arm. Med. Chim. ſ.13.* omnibus febribus, ut & ipſi peſti accommodata eſt: hanc Conſerva Carduibenedicti non parum illuſtrat. Vehiculum hujus eſt aq. Carduib.

In eryſipelate, quod utplurimum cum horrore febrili affligit, Sennert. *lib. pract. 3. part.5. ſ.2.c.7.* roob ſambuci cum aqua Carduibenedicti feliciter exhibet.